



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,  
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,  
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ  
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XIV. De alimentis, & sumptibus litis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](#)

Non allegatur suspectus Duran. dec. 149. num. 5.  
 21 Eoque existente non solvendo, iudex qui deputavit,  
 tenetur, sed in subsidium iuxta regularem Magi-  
 stratum obligationem. Rot. dec. 689. num. 1. & 2.  
 p. 1. recent.

De plerisque aliis ad materiam sequestri facien-  
 tibus agitur in sede beneficiali occasione sequestri  
 23 beneficiorum, dicto dis. 98. de benef.

Item de cautione de iudicio Sifti, vel assurcato-  
 nis iudicij aut expensarum, an intelligenda sit pro  
 24 ea instantia, in qua data est, vel in aliis iudicis, &  
 tota causa, habetur infra agendo de expensis, ac eti-  
 am in materia crediti, & debiti. tit. de credito & deb.  
 dis. 99. & 100. & infra in dis. in quo agitur de condem-  
 natione expensarum.

De alimentis, & sumptibus litis.

### S V M M A R I V M.

- 1 **D**E subministracione alimentorum & sumptuum pauperi colliganti.
- 2 **A**bbati, vel Monacho debent dari à Monasterio.
- 3 **U**xori per virum.
- 4 **F**ilio per patrem.
- 5 **D**e clausula subministratis per ablativum absolu-  
tum.
- 6 **I**mpebit processum cause.
- 7 **D**e taxa, seu quantitate.
- 8 **d**e dicta clausula per ablativum, cum alia clausula arbitrio.
- 9 **Q**uid operetur hoc rescriptum.
- 10 **D**e casu quod sine rescripto petantur ex solo iudicis officio.
- 11 **D**e stylo dandi aliquam summam in causam declara-  
randam.
- 12 **D**e requisitus necessariis pro his alimentis.
- 13 **D**e illo paupertate.
- 14 **D**e illo boni juris per sententiam.
- 15 **E**tiam sine sententia per solam decisionem, vel alium gustum.
- 16 **A**n debeantur in iudicio particulari.
- 17 **D**e causa status inter Monasterium, & Monachum, vel patrem & filium.
- 18 **M**ulieri vir, vel ejus pater debet alimenta pendente lite super matrimonio.
- 19 **P**auper pauperi non tenetur.
- 20 **A**n restituantur, vel imputentur.
- 21 **A**utor pupilo pendente redditione rationum.
- 22 **D**e debito per creditorem debitori carcerato.
- 23 **G**eneraliter quod sit materia arbitraria non habens regulam certam.

### D I S C . XIV.

- 1 **S**oleat item una Partium, sub praetextu pauper-  
tatis, ac insufficientiae eius virium ad litem sub-  
stinentiam, petere ab altera colligante submi-  
nistracionem alimentorum, & sumptuum litis, ex  
quadam juris dispositione ita inducta, ne pauper à  
potente, qui eius bona vel jura occupat, ac detinet,  
opprimatur, ideoque dicitur privilegium, quod  
conceditur petitori, adversus possessorem bono-  
rum, quae petitior ad se spectare pretendat, sive ad-  
versus denegantem illud ius, vel statum, quo non  
controverso, de consequenti resultaret ipsius peti-  
toris sufficiatio. Ut (ex gr.) in monacho contendente de statu monastico, cum Abbatem, vel cum  
Monasterio, à quo expulsus reperieatur, vel Abba-
- 2

ti, seu Abbatissae litiganti super Prælatura, Buratt.  
 dis. 615. & 756. Ac etiam in uxore expulsa à viro,  
 sub praetextu nullitatis matrimonii, vel ex alia cau-  
 sa, que matrimonium, vel eius effectus concernat,  
 apud Biob. dec. 82. Royas dec. 422. Aut in filio  
 contendente cum patre, Buratt. dec. 756. cum si-  
 milibus.

Quatenus itaque pertinet ad proximam Curia pluribus modis de hoc agi solet; Primò nempe, quando ille, qui prætendit alimenta à colligante, in Rota, vel coram alio Juge, ut desuper effugiat disputations coram ipso Juge habendas, aeat Signaturam Gratiae, vel Justitiae, atque in ipsa prima provisione, vel in causa progressu super huiusmodi subministracione rescribi obtineat præcisè, cum clausula scilicet subministratio, &c. Et tunc coram Juge causa, cui commissio, vel rescriptum dirigitur, nulla cadit disputatio super puncto, an hæc alimenta debeantur, necne, cum ista clausula concepta per ablativum absolutum, importet Principis decretum decisivum, ideoque partes Judicis, absque aliqua cognitione consuetorum requisitorum, de quibus in una, vel altera Signatura cognitum, vel actum sit, sunt in exequendo. Merlin. dec. 7. & Royas dicta dec. 422. & sibi.

Quinimò, cum ablativus absolutus importet conditionem, idcirco rectè ille, cuius favore rescriptum prodiit, se opponit, ut in causa procedi non valeat, nisi prius ista conditione adimplata, ei- que parito, cum ita suspendatur aliæ iurisdictio, infra in eo dis. in quo agitur de processu in causis pen-  
 sium, & alibi

Quare disputations, qua desuper haberi solent in Rotæ, vel coram aliis Judicibus, percutunt tam, seu quantitatem, super qua, certa regula statuit non potest, cum generaliter materia alimentorum reposita sit in Judicis arbitrio, regulando ex facti qualitate, & circumstantiis, pro qualitate scilicet personæ, & loci, ac etiam bonorum vel iuriū, fint in lite, ad proportionem fructuum ipsius rei, non autem si de re insufficiera agatur. Buratt. dec. 906. ubi add. & ad dec. 15. & 707. dec. 398. in fin. par. 13. rec. & in aliis, in quibus de materia ut in-  
 fra.

Alter disputacionis modus est, quando pariter una, vel altera Signatura rescribit de hac subministracione, non quidem præcisè, cum dicta clausula subministratur, sed cum clausula arbitrio, &c. Et tunc disputatur coram Juge, etiam de ipsa substantia subministracionis, ac de eius requisitis, quasi quod commissio intelligenda sit prout de jure; Sive quod de hoc in commissione non ageretur, sed subministratio peteretur ex dispositione juris.

Illa vero dignoscuntur differentiae, vel effectus, ob quos illud rescriptum alicuius majoris operationis remanet; Primò nempe, ut ille, qui subministracionem petit, rectè se opponere valeat, quod de hoc ante omnia disputetur, ut præfertum Rotæ praxis docet; Et secundò quod ista clausula arbitrio, &c. Licer intelligenda veniat prout de jure; Attamen, ne omnino manis remaneat juris rigorem in aliquo temperat, sive de illo relaxat, ut propria circa iustificationem requisitorum, ea non adeo concludens, ac rigorosa requiratur; Ex vul-  
 gari, & frequenti axiomate, quod arbitrium aliquid relaxat de juris rigore, ut in omni materia habeatur.

Tertius modus est, quando hujusmodi commis-  
 sione, vel rescripto cessante, ista subministratio pe-  
 tatur ab ipso Juge, coram quo causa penderet, ex  
 dispositione juris; Et tunc formalis disputatio su-

per eius requisitorum justificatione assumitur; Atque stante stylo Tribunalis Rotæ omnia decidendi prævia formalis disputatione dubii; Hinc proinde particulare dubium desuper datur, cum decisionis æditione; Idemque etiam in aliis duobus modis, de quibus supra agi contingit, in primo scilicet circa taxam, & in altero circa dubium, quod ex rescripti ventre refutat, an scilicet intraret arbitrium, ut de hoc stylo habetur infra in *relatione Curia agendo de hoc Tribunalis Rotæ, infra dif. 32.*

Bene verum, quod quandoque pro facti qualitate, ob moras, quas iste stylus secum ferre solet, tam circa formalem justificationem requisitorum, quam circa disputationem, ac æditionem decisionis, adversus quam audiencia concedi solet, ut loco citato advertitur, practicari solet ille stylus, qui in aliquibus aliarum Dictionum Tribunalibus, est magis frequens, provisionaliter scilicet decernendi aliquam summam in causam declarandam.

Verum super hoc nimium circumspicere procedi debet, nimiumque raro concedi, ne alias anla detur vivere volentibus de alieno, lites excitandi, ut ita pecunias à consigante extorqueant; Unde propterea, quando etiam concludens requisitorum probatio non habeatur, saltem aliquis vehemens fumus necessarius videtur, non autem, ut in Judicis arbitrio positum esse debeat, ex proprio capite, atque ad complacentiam, de alienis bonis disponere.

Requisita vero desuper necessaria tria sunt; Primo nempè paupertas; Secundo præsumptio boni juris; Et tertio, quod agatur de causa, vel jure universalis, *Galeot.lib. 1.contr. 6. Buratt. & add. decif. 15. & 707.add.ad Gregor. decif. 189. decif. 398.par. 13. rec. & sepius, cum sit principium in foro quotidiano.*

Primum requisitum, ut potè nudi facti, ac probatio, certam non habet regulam, cum à qualitate probationum pendas, & an illæ concludant necne, solumque eam recipit regulam, quod licet paupertas sit homini connaturalis, cum omnes nudi oriantur, ideoque bona fortuna sint accidentia, adeo ut ad alios effectus, ista sola præsumptio, quandoque sufficiat; Ad hunc tamen effectum eius probatio, perfecta, & concludens necessaria est, tanquam fundamentum intentionis.

Alterum requisitum præsumptionis boni juris, ut plurimū, atque pro frequentiori contingentia, pendas à sententia favorabili per petitor obtenta, *quamvis per appellationem suspensa esset. Licet enim appellatio suspendat sententiam, omniesque eius effectus, perinde ac si lata non esset; Attamen adhuc istum recte operatur effectum; Ideoque pro frequentiori contingentia, in secunda instantia, potius, quam in prima, huiusmodi disputationes haberi solent.*

Quamvis autem iste modus justificandi hoc requisitum facilior sit, ac frequentior; Non autem est taxativus, ac precitus, quoniam si aliquid, idem boni juris sumus habeatur, adhuc admittendus est; Et præsertim in Rota, quamvis adhuc nulla sententia in causa emanaverit, dummodo aliqua prodierit decisio petitoris, et vorabilis, quoniam ista cumdem operatur effectum; Licet enim decisiones sint actus merè extrajudiciales, aliud non continentis nisi quandam propalationem voti, vel sensuum Tribunalis, seu motiva, ex quibus in animo habeatur, ita decernendi, unde propterea per Rotas Florentinam, & Senensem, motiva potius, quam decisiones appellantur, ut magis distincte advertitur infra in *relatione agendo de Auditorio Rotæ, in relatione*

*Curia discr. 32.* Attamen illæ ostendunt bonum jus, atque ad hunc effectum sententia æquipollent, quamvis adversus decisionem pendat revisio, cum, etiam gustus boni juris in hoc admitti soleat, utpote in materia arbitraria, quæ tota pendet à facti circumstantiis.

Tertium requisitum est sub quæstione, quoniam licet una opinio illud requirat, eaque opinio probabile habeat fundatum; Attamen altera opinio, quam tenere videtur Rota, & Curia, contentatur etiam iudicio, seu causa particulari, in qua de aliquibus bonis fructiferis agatur, ex quorum fructibus hec subministratio haberi possit, pro facti, ac bonorum qualitate. Ideoque non de facili certa regula desuper statu potest, cum in Judicis arbitrio nimis id repositum videatur.

Procedunt hæc generaliter inter quoscumque extraneos litigantes, inter quos alta non suppetat ratio huiusmodi subministratiois; Secus autem ubi ea petatur à persona, in qua aliqua vigeat ratio peculiaris, quodque lis non vigeat super bonis, sed potius super statu; Puta, juxta exempla superiorius tradita; inter patrem & filium; Virum & uxorem, Monachum & Abbatem, vel Monasterium, cum similibus, cum isto casu primi requisiti justificatio necessaria non sit, ob presumptionem, quod ille non habeat aliund, quies ea per contrarium probatum non excludatur, atque ratione subjectæ materia non intrat inspectio tertii requisiti, ex superiorius de ductis.

Adeoque favore mulieris litigantis cum viro, præsertim de foedere matrimonii procedi solet, ut quando vir idoneus non existat, quia nempe sit filius familias, tunc etiam pater viri ad id cogi solet; Quod absconum videtur, quando invito, vel inciso patre, matrimonium contractum sit, apud Royas dicta decif. 422, in *caſu de quo sub it. de matrimonio discr. 2.*

In reliquo autem generaliter presupponenda est idoneitas eius, à quo hæc subministratio pertinet, cum alias pauper pauperi ad id non teneatur, neque cogi quis debeat pati præiudicium in alimentis propriis, ut illa alteri subministret, decif. 398. num. 13. par. 13. rec.

An autem ista alimenta restituiri debeat in casu succumbentia, sub quæstione est, variæ opiniones habente, unde propterea Tribunalium stylis in hoc deferendum est, de utraque opinione apud Fab. de Ann. conf. 102. Franch. dec. 614. add. ad Gregor. dec. 189. & ad dec. 617. par. 4. rec. tom. 3. num. 139. & seqg. Mantic. dec. 43. & 171.

Regulariter non debentur per tutorem pupillo facti adulto, pendente redditio rationum, nisi facti circumstantia judicis officio locum aperiant, Ursill. ad Aſſl. decif. 10. numer. 7. Buratt. decif. 485. nu. 1.

De alimentis autem debitibus per creditorem debitor carcerato etiam Judo, agitur infra, agendo de exequitione personali, ac etiam in *relatione Curia de Congregatione visitationis carceratorum, in relatione Curia difc. 29.*

Et in summa, ista materia facti potius quam juris dicenda est, adeo ut certam regulam generalem non recipiat, tam circa boni juris, quam paupertatis justificationem, ac etiam circa taxam alimentorum pro facti, cause, & personarum, ac locorum qualitate, ideoque Tribunalium stylis nimium est defendum.

De

De cumulatione, ac variatione judiciorum, & actionum; Et quando electio unius, alteri prejudicet.

## SUMMARIUM.

- 1 **A**ctor non potest intentare plures actiones diversas, vel contrarias, sed reus uitit pluribus exceptionibus diversis, vel contrariis.
- 2 Per electionem unius ex pluribus actionibus, alius res manet prejudicatum, ut variari non posse.
- 3 Fallit in executivis, in quibus cumulatio, & variatio datur, & de variatione etiam in execuendo.
- 4 In vim clausularum salutarium datur variatio etiam in ordinariis.
- 5 Declaratur quando clausule operentur, nec ne.
- 6 De materia compatibilitatis, vel incompatibilitatis, in judicio possessoris.
- 7 Quando per electionem actionis criminalis censeatur renunciatum civili, vel è contra, si utraque est ex causa paenae.
- 8 Quid ubi una est ratione paena, & altera pro interesse.
- 9 Quando iudex civilis imbeat criminali, vel è contra.
- 10 Iudicium universale quiescere facit iudicium particolare.
- 11 Iudicium possessorum suspendit, & quiescere facit petitorum.
- 12 Ita etiam iudicium purgationis attentatorum suspendit negotium principale.
- 13 An & quando ille, qui sentiat iudicium ordinarium, regredi posse ad summarium, vel exequitorium, & è contra.
- 14 Quando dicatur intentatum iudicium ordinarium ad dictum effectum.
- 15 An id sequatur per exhibitionem articulorum, & per testimoniū examen.
- 16 Quod regulariter examen testimoniū non congruat iudicio exequitivo.
- 17 Quando per electionem via ordinaria, non censeatur prejudicatum exequitive.
- 18 Ille, cui concedatur potestas variandi tenetur ad refectionem expensarum.
- 19 Clericus, qui conventus coram iudice laico diffusat opponere clericatu, tenetur reficere expensas cum declaracione.
- 20 Quid de privilegiato eligente, vel variante forum in vim l. unicæ.
- 21 Electio iudicij ordinarii ex parte unius non prejudicat alteri partii iudicio summario, vel exequitorio sibi competente.
- 22 De commissionibus, & re scriptis adversus preventiones, vel iudicia introducta ex parte rei.

## DISC. XV.

- 1 **J**uris civilis rigorosa formalitates, Actoris facultatem denegant, cumulandi plures actiones diversas, vel diversi judicia; Reo tantum concedendo, ut ad sui defensionem, plures diversas, imo contrarias exceptions proponere valcat, *Sanfel.* decif. 72. *Gregor.* & add. dec. 242. *Capyc. Latr. consult.* 114. num. 9. *Mantic.* decif. 141. add. ad *Buratt.* dec. 5 8. Ideoque Reo opponente, Actorem obligant ad se restringendum ad unam ex pluribus intentatis a-

ctionibus; Eadem quoque denegando variandi facultatem, quodque propterea per unius electionem in aliis prejudicatum sit, eisque praclusus aditus, vel regressus, *Cap. ut quis duas de elec. in 6. & infra num. 7. cum seq. Buratt. decif. 208. & 502. decif. 200. post Zanch. de obl. cam.*

Tribunalium autem, frequentius recepta praxis, cum aliqua varietate, pro diversis legibus, vel stylis, ex eadem tamen genericā ratione æquitatis, vel naturalis veritatis de facto attendendæ, huiusmodi rigores, quos forte illorum temporum mores exigebant, hodie vero indiscretos, parumque rationabiles fateri oportet, nimirum temperavit; Distinguendo in primis inter judicia ordinaria, & summaria ac exequitativa, ut in hac secunda specie, cumulatio concedatur, ac etiam variandi facultas pro codem fine assequendo. *Mantic. dicta decif. 141. per add. ad Buratt. dicta decif. § 8. cum aliis ubi supra.*

Hinc proinde receptum est, ut creditor debitem in processu summario, & exequitivo cogenti ad solutionem debiti, vel ad aliud implementum, facultas competat, utramque actionem, seu utrumque remedium, reale, & personale cumulare, ac etiam de uno in aliud variare, ut scilicet, facta exequitione in bonis, exequitionem personalem, vel è converso, petere valeat, imo etiam in eodem actionis vel exequitionis realis genere variare, ut ita debitor magis traxo, ac molestius affectus, id, ad quod tenuerit, adimplat; Quoties tamen, quedam non scripta æquitas, Judicis officium impellat ad id denegandum, quia nempe, ex iam facta realis exequitionis imminentि consumatione, prompta sit satisfactio; Id autem certam non recipit regulam, cum pendaat ex facti particularibus circumstantiis, prudenti. Judicis arbitrio pensandis. *Franch. & add. decif. 200. Rot. decif. 122. & 161. p. 6. rec. 163. & 197. post Zanch. de oblig. decif. 343. par. 10. & sapient.*

In causis vero ordinariis, illisque summariorum, que quamdam ordinariarum figuram, seu speciem, circa ordinem processus, redolere videntur, ut in aliquibus judicis possessoris contingit; Ex beneficio clausularum, que in libellorum, ac monitoriorum rubrica insinuate sunt, *disc. 8.* licita redditur illa cumulatio, que incompatibilitatem non redoleat; Et quatenus etiam incompatibilis obstat, adhuc tamen cumulatio proficia est, ut ita censeatur deductum omne validius, & pinguis remedium, quod de jure magis competere, causa progressu doceat, usque quo per sententiam, vel per alium restrictionis, vel declarationis actum, unius ex compatibilibus electio sequutas sit, cum incompatibilium simultaneum concursum pro fine iudicij, neque praxis admittat, & de consequenti, neque variatione electione jam facta concedatur, ideoque clausula operativa sunt pro iudicij ingressu, ac etiam pro aliquo progressu ne juxta antiquos rigores, ob libelli inceptum, processus omnino corrutus non autem pro egressu, per sententiam, vel per decrenum, ejusque exequitionem, *infra in eo disc. m quo agitur de sententia.*

Adhuc tamen, quod magis benignè fieri potest, incompatibilis interpretationem recipit, seu conciliatur; Ut putat (ex. gr.) possessoria retinendæ, & adipiscendæ, vel recuperandæ, contraria, sive incompatibilis reputantur, adeo ut regula sit, quod petens immitti vel reintegrari, fateatur se non possidere, quinimò fateatur colligantem esse possesorem, cui propterera pro manutentione, ista confessio sufficit ad suę possessionis probationem, quam-